



UNA VOCE VENETIA

Venerdì dopo la Domenica quarta di Quaresima

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem *Joann. 11, 1-45*

IN ILLO témpore : Erat quidam languens Lázarus a Bethánia, de castélllo Maríæ et Marthæ, soróris ejus. (María autem erat, quæ unxit Dóminum unguénto, et extérsit pedes ejus capillis suis : cujus frater Lázarus infirmabátur.) Misérunt ergo soróres ejus ad eum, dicéntes : Dómine, ecce, quem amas infirmátur. Audiens autem Jesus, dixit eis : Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro glória Dei, ut gloriíficétur Fílius Dei per eam. Diligébat autem Jesus Martham et sorórem ejus, Maríam, et Lázaram. Ut ergo audívit, quia infirmabátur, tunc quidem mansit in eódem loco duóbus diébus. Déinde post hæc dixit discíplulis suis : Eámus in Judaéam íterum. Dicunt ei discípuli : Rabbi, nunc quærébat te Judaéi lapidáre, et íterum vadis illuc? Respóndit Jesus : Nonne duódecim sunt horæ diéi? Si quis ambuláverit in die, non offéndit, quia lucem hujus mundi videt : si autem ambuláverit in nocte, offéndit, quia lux non est in eo. Hæc ait, et post hæc dixit eis : Lázarus, amícus noster, dormit : sed vado, ut a somno éxcitem eum. Dixérunt ergo discípuli ejus : Dómine, si dormit, salvus erit. Díxerat autem Jesus de morte ejus : illi autem putavérunt, quia de dormitióne somni díceret. Tunc ergo Jesus dixit eis manifesté : Lazarus mórtuus est : et gaúdeo propter vos, ut credátis, quóniam non eram ibi : sed eámus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dícitur Dídymus, ad condiscípulos : Eámus et nos, ut moriámur cum eo. Venit itaque Jesus, et invénit eum quátuor dies jam in monuménto habéntem. (Erat autem Bethánia juxta Jerosólymam quasi stádiis quíndecim.) Multí autem ex Judaéis vénerant ad Martham et Maríam, ut consolaréntur eas de fratre suo. Martha ergo, ut audívit quia Jesus venit, occúrrit illi : María autem domi sedébat. Dixit ergo Martha ad Jesum : Dómine, si fuísses hic, frater meus non fuíisset mórtuus : sed et nunc scío, quia, quæcúmque popósceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus : Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha : Scio, quia resúrget in resurrectiόne in novíssimo die. Dixit ei Jesus : Ego sum resurréctio et vita : qui credit in me, etiam si mórtuus fuérit, vivet : et omnis, qui vivit et crédit in me, non moriétur in ætérnum. Credis hoc? Ait illi : Útique, Dómine, ego crédi, quia tu es Christus, Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti. Et cum hæc dixísset, abiit et vocávit Maríam, sorórem suam, siléntio, dicens : Magíster adest, et vocat te. Illa ut audívit, surgit cito, et venit ad eum : nondum enim vénerat Jesus in castéllum; sed erat adhuc in illo loco, ubi occúrrerat ei Martha. Judaéi ergo, qui erant cum ea in domo et consolabántur eam, cum vidísset Maríam, quia cito surréxit et éxiit, secúti sunt eam, dicéntes : Quia vadit ad monuméntum, ut ploret ibi. María ergo, cum venísset, ubi erat Jesus, videns eum, cécidit ad pedes ejus, et dicit ei : Dómine, si fuísses hic, non esset mórtuus frater meus. Jesus ergo, ut vidit eam plorántem, et Judaéos, qui vénerant cum ea, plorántes, infrémuit spírítu, et turbávit seípsum, et dixit : Ubi posuístis eum? Dicunt ei : Dómine, veni et vide. Et lacrimátus est Jesus. Dixérunt ergo Judaéi : Ecce, quómmodo amábát eum. Quidam autem ex ipsis díxerunt : Non póterat hic, qui apéruit óculos cæci natí, facere, ut hic non morerétur? Jesus ergo rursum fremens in semetípso, venit, ad monuméntum. Erat autem spelúnca, et lapis superpósitus erat ei. Ait Jesus : Tóllite lápidem. Dicit ei Martha, soror ejus, qui mórtuus fuerat : Dómine, jam fetet, quatríduanus est enim. Dicit ei Jesus : Nonne dixi tibi, quóniam, si crederíderis, vidébis glóriam Dei? Tulérunt ergo lápidem : Jesus autem, elevátis sursum óculis, dixit : Pater, grátias ago tibi, quóniam audísti me. Ego autem sciébam, quia semper me audis, sed propter pópulum, qui circúmstat, dixi : ut credant, quia tu me misísti. Hæc cum dixísset, voce magna clamávit : Lázare, veni foras. Et statim pródiit, qui fuérat mórtuus, ligátus pedes et manus ínstitis, et fácies illius sudário erat ligáta. Dixit eis Jesus : Sólvite eum, et sínite abíre. Multí ergo ex Judaéis, qui vénerant ad Maríam et Martham, et víderant quæ fecit Jesus, credidérunt in eum.



Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 11, 1-45*

IN QUEL tempo, era malato un tal Lazzaro del borgo di Betania, patria di Maria e Marta sua sorella. (Maria era quello che unse con unguento il Signore e gli asciugò i piedi coi suoi capelli, il fratello della quale, Lazzaro, era malato). Mandarono dunque a dirgli le sorelle: Signore, ecco che colui che tu ami è malato. Udito questo disse Gesù: Questa malattia non è mortale, ma per gloria di Dio, affinché per essa sia glorificato il Figliuolo di Dio. Ora Gesù voleva bene a Marta e Maria sua sorella, e a Lazzaro. Sentito dunque che ebbe come questi era malato, si fermò ancora due di nello stesso luogo; dopo di che disse ai discepoli: Andiamo di nuovo nella Giudea. Gli risposero i discepoli: Maestro, or ora cercavano i Giudei di lapidarti, e di nuovo torni là? Soggiunse Gesù: Non sono forse dodici le ore del giorno? Quando uno cammina di giorno, non inciampa, perché vede la luce di questo mondo: quando poi uno cammina di notte, inciampa, perché non ha lume. Così parlò, e dopo di questo disse loro: Il nostro amico Lazzaro dorme, ma vo a svegliarlo dal sonno. Dissero perciò i suoi discepoli: Signore, se dorme, sarà salvo. Ma Gesù aveva parlato della morte di lui: ed essi avevano creduto che parlasse del dormire di uno che ha sonno. Allora però disse chiaramente Gesù: Lazzaro è morto. E ho piacere per ragione di voi di essere stato là, affinché crediate: ma richiamoci da lui. Disse dunque Tommaso, soprannominato Didimo, ai condiscipoli: Andiamo anche noi, e moriamo con lui. Gesù arrivò che Lazzaro era già sepolto da quattro giorni. Poiché Betania distava solo quindici stadi circa da Gerusalemme, molti Giudei erano venuti da Marta e Maria per consolarle del loro fratello. Marta però, subito che ebbe sentito che veniva Gesù, gli andò incontro, mentre Maria stava sedendo in casa. Disse dunque Marta a Gesù: Signore, se eri qui, mio fratello non moriva. Ma anche adesso so, che qualunque cosa chiederai a Dio, Dio te lo concederà. Le disse Gesù: Tuo fratello risorgerà. Gli rispose Marta: So che risorgerà nella risurrezione dell'ultimo giorno. E Gesù: Io sono la risurrezione e la vita: chi crede in me, sebbene sia morto, vivrà: e chiunque vive e crede in me, non morrà in eterno. Credi questo? Gli rispose: Sì, o Signore, io ho creduto che tu sei il Cristo, il Figliuolo di Dio vivo, che sei venuto in questo mondo. Detto questo, andò, e chiamò Maria sua sorella, dicendole piano: È qui il Maestro, e ti chiama. Ella, appena udito questo, si alzò in fretta, e andò da lui: poiché non era ancora Gesù entrato nel borgo, ma stava tuttavia in quel luogo, dove Marta era andata a incontrarlo. I Giudei perciò, che erano in casa con essa e la consolavano, al veder Maria alzarsi in fretta e uscir fuori, la seguirono, pensando che andasse al sepolcro a piangere. Maria però, arrivata dove era Gesù e vedutolo, si gettò ai suoi piedi e gli disse: Signore, se eri qui, non moriva mio fratello. Gesù allora, vedendola piangente, e piangenti i Giudei che erano venuti con essa, fremé interiormente e si turbò in se stesso e disse: Dove l'avete messo? Gli risposero: Signore, vieni, e vedi. Gesù pianse. Dissero perciò i Giudei: Vedete com'egli lo amava! Ma taluni di essi soggiunsero: E non poteva costui, che aprì gli occhi al cieco nato, fare ancora che questo non morisse? Ma Gesù, di nuovo fremendo interiormente, arrivò al sepolcro costituito da una caverna, cui era sovrapposta una pietra. Disse Gesù: Togliete via la pietra. Gli disse Marta sorella del defunto: Signore, puzza già, perché è di quattro giorni. Le rispose Gesù: Non ti ho io detto che, se crederai, vedrai la gloria di Dio? Levaron dunque la pietra. Allora Gesù alzò in alto gli occhi, e disse: Padre rendo a te grazie, perché mi hai esaudito. Io però lo so che sempre mi esaudisci, tuttavia lo dico per causa del popolo che sta intorno: affinché creda che tu mi hai mandato. Detto questo, con voce forte gridò: Lazzaro, vieni fuori. E colui che era stato morto uscì subito, con piedi e mani legati ancora da fasce e coperto il volto con un sudario. Gesù disse loro: Scioglietelo, e lasciatelo andare. Molti perciò di quei Giudei ch'erano accorsi da Maria e da Marta, e avevano veduto quello che Gesù aveva fatto, cedettero in lui.